

Sammlung



29. 30

ΕΥΦΗΜΙΑΙ

In novos Magisterij Philosophici honores

ORNATISSIMI, DOCTISSIMI ET HUMA-
NISSIMI JUVENIS

Dn. ANDRÆ LOREY
HELDRUNGENSIS THURINGI,

qui illi 10. Calend. April. Anno ενσαρκωθέντι τῆς λογικῆς
clā Ιοϋ xviii. solenni renunciationis actu conferebantur
in illustri Academia VVitebergensi.

Speῑtabili, Clarissimo & Excellentissimo viro

Dn. AMBROSIO RHODIO

Philos. & Medicinæ Doctore ac Mathemat. Superio-
rum Professore publico, p. t. Collegii Phi-
losophici Decano,

sub

MAGNIFICO RECTORE

Dn. DANIELE SENNERTO

Uratislaviense, Phil. & Medicinæ Doctore, ac Profes-
sore, facultatisq; medicæ Seniore,

Scripta ab

Amicis, commensalibus & sympatriotibus.

WITTEBERGÆ,

Ex officinâ Typographicâ Nicolai Ballij, 1618.

xxvi







ΕΙ ΤΕΘ' ἐν πίσδεσσι Σοφῶν οὐμίλοισιν ἑπ' ἀρχῇ
 Ἄξι' ὅς μετρεσ, ὅς Ὀμηρίδ' ἄξι' ὠδῆς
 Δῆ ῥα πολῖται πέλεισ. σοῖο κλέ' ἔψι ποταΐ).
 Ἦτοι γ', εἰ Φρένα λείσσω, ὀμηρίδ' ἀνθεσι ρήτρης
 Σίλβ', εἰ γλώσσην, χρησμάτων πολυθέσκελον ἠχίω
 Βάζ', εἰ κόρσιν, φεικαλλέα δώματα Φοίβ',
 Ἀμφι' ἧ οἱ χάριτες, ἢ πείθω πότνια, Φαίν',
 Τίπτε; Φυλὼ θεοειδέα ὧ μάλα πάντα ἐνίασ',
 Δότ' ἄρα, δεῦτε, γέρωσ ἐρικυδέ' ἀΦαίρεο δῶρα
 Τροσαπίων ὑπὲρ ἔργων. Δεῦτε, ἀΦαίρεο δαφνίω.
 Οὔτοι δ' ὀβλή' ἔσι Σοφῶν ἐρικυδέα δῶρα,
 Δεῦτέ ποθ', ὡς δρετῆσι, χάρις καὶ κῦδ' ὀπηδῆ,
 Ἥνιδ' ὀπηδῶ', χαίρ' ἄγε τόδε Φοίβ' Ἀπόλλων.

Gratulationis ergo
faciebat

Paulus Sperlingius, Lauchensis Thuringus.

EGregiè præstas, ANDREA, haud Marte, sed Arte
 Omnia multiplici, quæ tibi conveniunt.
Quod contestantur partim collegia Patrum
 Leucoridis; partim tu studiosa cohors,
 Et testantur, qui tecum cunq; loquantur
 De rebus, per quas gloria sparta Dei.
 Unde tibi meritò tribuuntur præmia (dignos
 Iure velut quosvis præmia digna manent)

A 2

Te



Te quibus, atq; tuos olim recreasse parentes,
Et docuisse alios cum gravitate queas.

συγχαρμοσύνης ἕνεκα apposuit.

*Valentinus Campii Micro-
mylingensis.*

Ceu pii Reges preciosa dona,
Largiuntur militibus suis, qui
Strenuè Martis validi cruenta
Castra sequuntur.

Sic suos lauro decorat virenti,
Quos novit castâ, cupidâq; semper
Castra Musarum coluisse mente
Clarus Apollo.

Gnaviter sacris studiis vacasti
Hactenus, semperq; malum tulisti
Otium, multos subeundo casus
Atq; labores.

Te tui laudat Pietas parentis,
Teq; Commendat generosa virtus,
Castitas, candor, comitas, fidesq;
Relligiosa.

Ergo florentem merito coronam
Dat tibi Phœbus sacer, & Thalia

Te su-

Te suum semper vocat atq; dicit
Esse Magistrum.

Unde de tanto tibi nunc honore,
Gratulor plaudens; tibi comprecorq;
Quaeq; succedant animo secundo,
Clare Magister.

Impiger p' h'bi semel inchoatam
Semitam noctesq; diesq; letus
Curre; constanterq; Dei verenda
Disce statuta.

Usq; defessus placida quiescens
Morte, caelestem subeas olympum,
Quo fluit dulcis sine fine vita,
Fonte perenni.

Congratulationis ergo dilecto suo
Sympatriothæ iudebat.

Ernestus Reichardus Hel-
drungensis Thuringus.

EN quantum ingenio queas perito,
Musarum tibi sitq; quantus ardor,
Illustris VViteberga nunc revelat.
Hec cunctos tibi, quos modo tulisti,

A 3

Sudo-

Sudores viridi refert corona,
Magno teq; gradu beat Magistri.
De quo grator ego tibi Loreio,
Exoptans faveat tuis Camænis
Cælestis bonitas, tuumq; nomen
Cantetur celebri sono per orbem.
*Sis præsens animo, tuosq; siclos
Nunc expone lubens, puella sumptus
Olim restituet tibi benignos.*
Salvus vive diu; gradusq; profit,
Ut laudem capiat Deus; parentes
Iucundum senii gravis solamen,
Et tandem patrium solum subinde
Fructus egregios sibi reportet.

Sinceri amoris & boni ominis ergo faciebat.

*V Vernerus Steinbusius
Barbyensis Saxo.*

E*Ncape grato
Pectore dona,
Que tibi virtus
Et tuus ardor
Promeruerè:
Nam Deus unus
Semper egenos
Tollit in altum,
Nec, sibi qui sub*

*Sorte malignâ
In dubitato
Pectore fidunt,
Deserit unquam,
Ergo, Loreie,
Sis bene felix,
Et tua capta
Cuncta secundet,
Qui mare, cælum,*

Quic-

Quicquid & orbis
Continet ingens,
Ritè creavit;
Perficiatq;
Ut sacra laurus,
Qua tua cingit
Tempora, fructus
Fenore multo
Proferat; atq;
Dulce solamen

Indeparentes,
Dulceq; nomen
Contrabat inde
Patria terra.
Hoc tibi totâ
Mente, manuq;
Comprecor ipse,
Clare Magister
Usq; Valet.

Meritò atque ex debito appo-
nebat, P. S.

Johannes Bobbius Aconi-
ensis Saxo.

Premia sudor alit: forsan mendacia diciſ,
Dices: vera loquor. *Premia sudor alit.*
Tu modo crede mihi; sic carmine victor abibe,
Et dabitur capiti miſſa corona meo,
Pallas enim Iuvenem multâ ſibi finxerat arte,
Et dederat Doctos pervolitare viros.
Ille diu latuit, ceu ſol ſub nubibus atris,
Et nullo in pretio; nullo in honore fuit,
Non tulit hoc *Sudor* donum latitare Minervæ,
Et mea ne, Iuveni, præmia differ, ait:
Præmia non differ, nec differt, iamq; Magiſtri
Donatur titulo, ſummo in honore vigenſ.
Hoc ſudoris opus; ſic dulcia, tempore longo,
Tecta licet jaceant, *Premia sudor alit.*

Hunc

Hunc cum Leucoreæ Musæ gratentur honorem,
Cur non gratarer, dulcis amice tibi?
Grator, & ut cedat Patriæq; , tibiq; saluti,
Inq; Dei laudem, det DEUS ipse, precor.

Honori ergo ludebat.

*Johannes Schleicherus Fri-
burga Thuringus.*

F I N I S.



99 A 6908

ULB Halle 3
002 927 25X




Handwritten initials: JB

Retro 1

VDA 17






B.I.G.

Farbkarte #13



29.

30



MIAI
hilosophici honores

TISSIMI ET HUMA-
I V E N I S

Æ LOREY

SIS THURINGI,

hno ενουρηθεντῶ τῶ λόγῳ
tionis actu conferebantur
Vitebergensi.

Excellentissimo viro

IO RHODIO

ac Mathematic. Superio-
p. t. Collegii Phi-
ecano,

RECTORE
SENNERTO

icinae Doctore, ac Profes-
dicae Seniore.

ab
is & sympatriothis.

ERGÆ,

ica Nicolai Ballij, 1618.

xxvi

